



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilman**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

53. De quodam hæretico in sacrum Ecclesiæ Kerpensis baptisterium  
oletum faciente, diuinitus excæcato, & mox capto ac suspenso.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](#)

A.R.  
Mathias  
ca idem  
cum cœ-  
Auricæ,  
aiebant,  
ciproco-  
etur. Ca-  
hoffis iu-  
nullo pa-  
s, sedante  
o, suspen-  
Auricœf-  
succum-  
elio salui  
udis con-  
sam mox  
neu pte-  
didit, v-  
ensu, co-  
ntigit ut  
arrati Do-  
erat, ipse  
quodam-  
roferret,  
iste Ma-  
beratus,  
anna de-  
concio-  
tiochus,  
, se ven-  
tum

## L I B E R VII.

831

num Hierosolimam, & cōgeriem sepulchri ludæorum eam facturum, præcipere que ac-  
celerari negotium, currumque sine intermis-  
sione iuberet agitari (cælesti cum iudicio per-  
urgente) mox in eodem impetu de curru de-  
cidit, graui corporis collisione percussus, ac  
deinde vermbus de corpore toto scaturianti-  
bus, sc̄tidissima & horribili morte peregrè in  
mortibus interjet. Sic & Amon, (*Esther. 7*) in  
patibulum, quod Mardochæo crexerat, ipse su-  
pensus est. Sed & Nicanor, (*2. Mach. 8.*) cùm  
missus esset, vt vniuersum Iudæorum genus  
decret, triumphum canens ante victoriam.  
promisit se nonaginta Iudæos talento distra-  
ctorum, non respiciens ad vindictam, quæ eum  
ab omnipotente erat consecutra, Judas enim  
Machabæus facto sibi adiutore omnipotente,  
interfecit de illius exercitu nouem millia ho-  
minum, maiorem autem partem vulneribus  
debilem factam fugere compulit. Pecuniis ve-  
rò corum, qui ad emptionem ipsorum vene-  
rant, sublatis, ipsos vsquequaque persecuti  
sunt.

De quodam heretico, in sacrum Ecclesiam Kerpenfis  
baptisterium oletum faciente, diuinum excæato,  
& mox capio ac suspenso.

## C A P. L I I I .

CVm circa annum Domini 1579. oppidu-  
lum Kerpense non procul à ciuitate Co-  
loniensi dissitum, diversis irruptionibus, nūc

M m 7      Sta-

332 COLLATION. SACRAR.

Statuum, vt vocant, nunc Regiorum milium inuaderetur, miles quidam in Ecclesiæ, qui ibidem collegiata est, baptisterium impietate plusquam Copronymiana cacauit, qui paulo post hunc sacrilegum ausum, diuinitus oculorum lumine priuatus est: cūque vagis gressibus huc illucque oberraret, in hostes incidens captus est, atque ante ipsas valvas Ecclesiæ, quam impiè fœdauerat, laqueo suspensus. Percrebuit mox ea fama multorum fide dignorū sermone per totam ciuitatem Agrippinæ, quam & Canonicus quidam Kerpenstis diebus suo apud nos testimonio confirmavit. Non quidem semper clemetissimus Deus pro immensa sua misericordia & longanimitate impius hereticorum & sacrilegorum conatus extemplo vindicat, quādoque tamen in eiusmodi theomachos seuerè animaduerit, ut paucorum exemplo alij terreatur, nec in perpetuum diuitiis bonitatis ciuij abuantur.

*De muliere Nouesiana heretica, qua plurimis amissi templi ingressu abstinenè, eò quod laquearia & columnæ ex calce & lapidibus, (ut irridens Ecclesiam distitabat) confectæ essent, tandem Deo vindice columnæ corrueente oppressa est.*

CAP. XLV.

**A**PUD ciuitatem Nouesium in ditione Colonensi, sicutum est monasterium Canonicon Regularium, quod hoc anno 1583, quibusdam ex causis dirui cœptum est. Pratti-

bus if  
transla  
dam, i  
nis ab  
tum a  
alii E  
debat  
nes di  
ce &  
corru  
cum i  
nico  
prox  
Eccle  
tione  
sibi d  
petri  
Eccle  
mon  
diior  
mod  
iam  
tabu  
num  
dam  
busc  
inel  
tuir  
run  
sean